

Χαῖρε, δι' ἣς ἐχθροὶ καταπίπτουσι.  
 Χαῖρε, χρωτὸς τοῦ ἐμοῦ θεραπεία.  
 Χαῖρε, ψυχῆς τῆς ἐμῆς σωτηρία.  
 Χαῖρε, νύμφῃ ἀνύμφευτε.

\*1348 \* Ω πανύμνητε Μῆτερ, ἡ τεκοῦσα τῶν πάντων ἀγίων ἀγιάτατον Λόγον,  
 δεξαμένη τὴν νῦν προσφοράν, ἀπὸ πάσης ῥύσαι συμφορᾶς ἀπαντας, καὶ τῆς  
 μελλούσης λύτρωσαι κολάσεως τούς σοι βοῶντας  
 Ἀλληλούϊα.

## IN S. CRUCEM

Com<sup>1</sup>  
224 [...] Ἐπήγαγε δὲ καὶ ὁ προφητευθεὶς σήμερον λόγος τὴν μνήμην τοῦ σταυ-  
 ροῦ, καὶ τὴν ῥίζαν. Πίζαν δὲ ποίαν ὄμολογεῖ τοῦ σταυροῦ; Τὴν παρθε-  
 νίαν· ἥγουν, τὴν τὸν παθόντα τεκοῦσαν παρθένον· τεκοῦσαν οὐ νόμῳ φύσεως,  
 ἀλλὰ δυνάμει καὶ ἐνεργείᾳ τοῦ τεχνίτου τῆς φύσεως.

Μὴ οὖν ἀπαίτει ἐπὶ τῆς παρθένου τὸν ἄνδρα, ἐπεὶ ἀπαιτηθήσῃ καὶ σὺ  
 ἐπὶ τοῦ Ἀδάμ τὴν γυναικα. Ἐὰν γάρ λέγης· πῶς ἐγέννησεν ἡ παρθένος  
 ἀνεύ ἀνδρός; ἐρῶ σοι κἀγώ· πῶς ἡ Εὔα προῆλθεν ἐκ τοῦ Ἀδάμ ἀνεύ γυ-  
 ναικός; [...]

Ave, per quam concidunt hostes.  
 Ave, corporis mei medela.  
 Ave, animae meae salus.  
 Ave, sponsa innupta.

\*1347 \* O cunctis laudibus honoranda Mater, quae sanctorum omnium  
 sanctissimum Verbum peperisti, praesenti oblatione suscepta, ab omni  
 calamitate cunctos libera, et a futuro redime supplicio ad te clama-  
 mantes:

Alleluia.

Com<sup>1</sup>  
224 [...] Sermo hodie ex Propheta depromptus, Crucis memoriam, ra-  
 dicemque adiecit. Quam vero Crucis profitetur radicem? Nempe vir-  
 ginitatem; id est Virginem eum enixam, qui sustinuit Crucem; quae  
 non lege naturae, sed eius artificis pepererit, atque virtute.

Noli ergo in Virgine virum exigere; nam abs te quoque in Adamo  
 exigeret foemina. Siquidem enim dicas: «Qua vero ratione genuit Virgo  
 sine viro» quaeram ex te et ego, quomodo Eva sine foemina processit  
 ex Adamo? Quid autem necesse ut corpori corpus componamus? [...]

<sup>1</sup> Com = F. COMBEFIS, S. Io, Chrysostomi *De educandis liberis liber aureus*, Parisiis, 1656.

«L'homélie, citée par Jean Damascène sous le nom de Sévérien, lui a été restituée»: RPhTh 551; cf. BHG III, app. I, n. 13.

\* Εἶτα εἰπὼν ταῦτας, ἐπάγει τὴν οἰκονομίαν «·Ο Θεὸς \* ἡμῶν ἐκ Θαι-  
μᾶν ἤξει», τουτέστιν ἐκ μεσημβρείας· «καὶ ὁ ἄγιος ἐξ ὄρους κατασκίου  
δασέος». "Ορος κατάσκιον, ἡ ἀγία παρθένος καὶ Θεοτόκος Μαρία.

\* Tum his peroratis, Incarnationem subnectit. \* *Deus noster a Thoeman veniet*, hoc est a Meridie: et *Sanctus e monte umbroso condenso*. Montem umbrosum appellat sanctam Virginem ac Dei Genitricem Mariam.

### IN NATIVITATEM S. IO. BAPTISTAE

**2091** [...] Propterea enim es liberata a vitio infoecunditatis, ut qui nasceretur ex sterili, eum indiceat, qui nasceretur ex Virgine. Propterea ego in matrice exilii in exultatione, ut non amplius saltet in mundo diabolus. Talia ergo nondum natus Ioannes dicebat Elisabethae.

Cum autem ex ipsa processisset, et iure maiorem suscepisset illuminationem, effectis ostendit effectorem, et figmentis digito ostendit factorem, magna voce clamans: Ecce Agnus Dei, qui tollit peccatum mundi. Sed quomodo illum celebrabo ortum, qui verbis nequit exprimi? Quomodo illa enunciabo, quae mentem superant, et rationem? Quamnam suscipiam linguam, quae sufficiat miraculis? Nova est, et aliena conceptio; partus sine dolore; spica, quae provenit sine cultura; fructus sine semine; alienae naturae partus; ignota generatio; filius, qui non habet in terra patrem; narratio, quae est revera in vita incomparabilis. Virgo rursus mansit, non prohibuit partus Virginitatem, non corruptit uterum, non vitium attulit ei, quae pepererat. Merito is quoque, qui est natus, matri talia praebuit privilegia. Quae enim habuit solus, ea illi quoque soli dedit. Non habuit ipse fratrem ad generationem, neque dedit matri sororem miraculi. O Dei in homines liberalitas, et munificentia. Quaenam dona per mulierem consecuta est natura? Unde cepit bellum, illinc Rex pacem conciliavit. Ex quo enim est virgo mater, et mater virgo, cessavit luctus Evae. Filia solvit crimen maternum. Per ipsam enim, carne suscepta, Dominus ad nos accessit. Venit autem, ut quae erant tristia, mutaret in gaudium. Venit ut dolore affectam mutaret consuetudinem. Venit, ut inferna pacaret supernis.

Audi autem quomodo. Illuc probro affectus fuerat Paradisus, hic spelunca effecta et gloria. Illinc duo, Adam, et Eva expulsi

<sup>1</sup> VSP = A. LIPOMANUS, *Vitae Sanctorum priscorum Patrum*, Romae, 1558. Attrib. *Ps-Chrysostomo*.

sunt a peccato, hic fines orbis terrae deducti a gratia. Non habemus amplius suspectam exilii exprobationem; non extimescimus amplius flammeam romphaeam; non timemus amplius claustra portarum paradisi; non metuimus amplius morsus serpentum; non amplius a fice accipimus folia; non amplius ad sonum gressus contremiscimus. Quae enim ex Virgine facta est, adoravimus processionem; medicum naturae aspeximus. Quis enim vidit, quis audivit? Quis ex imbecilla radice cognovit unquam effloruisse medicum. Quaenam foemina visa est mater patris proprii? Quaenam eum genuit, qui divina virtute generat? Quaenam cum peperit, qui videbatur quidem figmentum, intelligebatur autem esse fictio? Quaenam fuit consecuta, ut haberet filium, et nullum senserit damnum Virginitatis? [...]

Sed Virginem, o Iudaee, non credis peperisse. Quomodo legisti Prophetam Esaiam clamantem: *Ecce virgo in utero concipiet, et pariet filium, et vocabunt \* nomen Emmanuel: Quod est interpretatum: nobiscum Deus.*<sup>1</sup> Sed quod post partum mansit virgo, hoc quoque didicisti ab Ezechiele. *Duxit me, inquit, Angelus, et posuit me ad portam Orientis, et dixit mihi: Fili hominis, quid tu vides? Et dixi: Video ego portam clausam? Et dixit mihi: Haec est porta, nemo ingredietur per ipsam, neque egredietur, nisi Dominus SabaOTH solus. Ipse ingredietur, et egredietur, et erit porta clausa.*<sup>2</sup>

LIBER IACOBI<sup>3</sup>  
(Apocryphus Novi Testamenti)

CANT<sup>4</sup> IV. Καὶ ἴδοις ἄγγελος Κυρίου ἐπέστη λέγων αὐτῇ· "Αννα, Αννα, ἐπή-  
κουσε Κύριος τῆς δεήσεώς σου, καὶ συλλήψει καὶ γεννήσεις, καὶ λαληθήσε-  
ται τὸ σπέρμα σου ἐν ὅλῃ τῇ οἰκουμένῃ. Καὶ εἶπεν "Αννα· Ζῆ Κύριος ὁ θεός  
μου, ἐὰν γεννήσω εἴτε ἄρρεν εἴτε θῆλυ, \* προσάξω αὐτὸ δῶρον Κυρίῳ τῷ

CANT<sup>4</sup> IV. Et ecce Angelus Domini adstitit dicens ei: Anna, Anna, Deus  
74 exaudivit orationem tuam: concipies et paries et celebrabitur \* semen  
75 tuum in toto mundo. Dixit autem Anna: « Vivit Dominus Deus meus,  
quod sive masculum sive foeminam genuero, offeram illud munus

<sup>1</sup> Isa. VII, 14. Matth. I, 23.

<sup>2</sup> Ezech. XLIV, 2-3.

<sup>3</sup> Alias *Protoevangelium Iacobi*. — Debitum putamus (inter Apocrypha N. T.) huius Libri, cuiusdam Anonymi saec. II, hunc unum referre locum, quia S. Liturgia dies festos agit Nativitatis atque Praesentationis Deiparae Virginis Mariae.

<sup>4</sup> CANT = Codex Apocryphus Novi Testamenti... illustratus a I. A. Fabricio, Hamburgi, 1703.